

Lambardi, Girolamo (Hieronymus). Antiphonae omnes . . . pro totius anni dominicis diebus in primis, & secundis vesperis . . . in duas partes coactae . . . quae ad vesperas in sabbato ad Magnificat attinent in prima, que vero in vesperis diei dominicae concinuntur in secunda hebantur, prima pars. . . quatuor vocibus. Venezia, Caenobio Sancti Spiritus. 1600. RISM L367.

**Title:**

ANTIPHONAE OMNES  
IVXTA RITVM ROMANI BREVIARII  
PRO TOTIVS ANNI DOMINICIS DIEBVS  
in primis, & secundis Vesperis nunc primum  
A REVERENDO D. HIERONYMO  
LAMBARDO  
*Canonico Regulari sancti Spiritus Venetiarum.*  
HARMONICIS, ELABORATISSIMISQVE  
contrapunētis exornatæ nec non ad Dei honorem, ac suæ  
ecclesiæ commodum in lucem editæ, atque  
IN DVAS PARTES COACTÆ  
ita scilicet ut quæ ad Vesperas in Sabbato ad Magnificat attinent in prima, quæ verò  
in Vesperis diei Dominicæ concinuntur in secunda habeantur.  
PRIMA PARS.  
CVM PRIVILEGIO, ET LICENTIA SVPERIORVM.  
QVATVOR [Woodcut of seated Madonna surrounded by  
twelve disciples and dove of Holy Spirit overhead] VOCIBVS.  
Impressum in Cœnobio Sancti Spiritus prope Venetas.

---

M. DC.

**Dedication:**

ILLVSTRISSIMO ET REVER.<sup>MO</sup> | D.D. SEBASTIANO AROLDO | EPISCOPO  
RITHYMNEN. CALAMONEN. ET ARIEN. | D. HIERONYMVS LAMBARDVS |  
Canonicus Regularis S. Spiritus Venetiarum S.P.P. | [orn.] |

NON inficiar me vespertinos Psalmos oētonis vocibus distributos, quos superioribus |  
annis, multorum amicorum impulsu in lucem edidi, tibi vel Rithymnam, quam tum |  
præfens suauissimis tuis moribus, doētrina, probitate, institutionibus, exemplo, & |  
virtutibus omnibus pascebas, mississe, & quam diligentissime tuendos commendaste. |  
Nam, & si eo tempore tam longe aberas: tua tamen amplitudo vbique adeit, vbique |  
splendet, vbique pollet, vbique colitur, & celebratur. Nec, si qua forte de causa id |  
cuperem inficiari, plane liceret: nam quæ typus habet, ea omnium oculi vident, omnium  
manus | traētant, omnium animi norunt. Nec si meo arbitratu liceret, tamen vellem: tum  
quia ociosi illi | meæ iuuentutis labores grauiſſimo, clarissimoque tuo nomine ornati,  
muniti, armati, haud timide | longe, lateque peregrinantur, omnibusque, vt non te fugit, in  
locis non sine tua, meaque laude ca-|nuntur, audiuntur, efferuntur: tum etiam quia nihil  
mihi vñquam laudabilius fuisse existimo, | quam & litteris illis tuis summæ humanitatis  
plenis, quibus mihi de tam tenui munusculo gratias | innumerabiles egisti: & postquam

podagra depulsus, ad nos Venetias redijsti, abs te Antistite cun-|ctorum hominum laude dignissimo, laudari. Dum enim egregiae illae tuae laudes, quibus me per beni-|gne locupletasti, in mentemveniunt: duo etiam illa post hominum memoriam gloriofissima in mentē | veniunt; primum te pro singulari animi tui magnitudine tuis libris, tuo docendi munere, tuo Fran-|ciscano funiculo, tuaque seraphica leuidensa contentum: neque petentem, neque vlla ratione quæ-|rentem, sed Veneti Senatus prope vniuersi rogatu, qui te æque prudentem, & Reipub. stutiosiſ-ſimum, atque religiosum, & doctissimum senserat, Rethymnensem Dioecesim administrandam fu-ſcepiffe: deinde vero Clementem Ōctauum fanetiſsum beatissimumque Christianæ Reipub. | parentem, cum te ad eius pedes ea doctrina, eaque integritate, & innocentia præditum, quæ Epi-ſcopatus summorumque Pastorum omnium est maxime propria, significares: in hæc verba cum | tanto Episcopo, cum tanto Pontifice dignissima prorupisse: o vtinam Christi mei greges omnes hu-|iusmodi Pastoribus committi, credique possent. Quid igitur gratius, præstantius, gloriosius mihi | vlo vñquam tempore potuit accidere, quam abs te vno laudari, foueri, defendi amari, quem Vene-|ta complectitur Respub. quem summus concelebrat Pontifex, quem pia colit Rethymnenſis Eccle-ſia, quem veneratur, & admiratur Creta vniuersa, quem Creta vniuersa Rethymnenſibus inuidet? | Quin non solum illud ego nullo paēto infior: sed, vt palam omnibus apertiſſime confitear, meque | in dies singulos maiorem, suauioremque mei illius confilij fruētum capere, testificer: iterum ad tuum | patrocinium configio: nam, cum olim dierum, qui duplici cultu celebrantur Antiphonarium im-|primendum curauerim: cumque Dominicum nunc fit mihi typis committendum: tu non modo | primus: sed vnuſ, cui opusculum hoc e maximis meis occupationibus decerptum consecrarem, occuristi. At bis me tuis lucubrationibus, ac potius propensa tua in me voluntate omas? o faceret | Deus immortalis, vt tibi alicui aliquando ornamento esse possem: etenim cum tu non bis, ter, qua-|ter, sed centies, sexcenties, millies singularem tuam erga me benevolentiam in oculis, auribusque | omnium declaraueris: omnium ego profecto essem ingratissimus, si non benevolentiam, beneullen-ſitia, officio, pietate compensarem. Peto igitur abs te maiorem in modum, vt quo animo vespertinos | illos Psalmos accepisti, & tutatus es: eo Antiphonarium hoc accipias, & tuearis. Vale, tibique | Franciscanæ Religioni, Rethymnenſibus, & mihi etiam vale. xvij. Nonis Maij. M. D C. |

## Index:

### INDEX SABBATORVM.

- In Sabbato primo & secundo Aduentus.
- In Sabbato tertio Aduentus.
- In Sabbato infra ōctauam Natiuitatis.
- In Sabbato infra ōctauam Epiphaniæ.
- In Sabbato post Epiphaniam.
- In Sabbato Septuagesimæ.
- In Sabbato Sexagesimæ.
- In Sabbato Quinquagesimæ & primus Quadragesimæ.
- In Sabbato secundo & tertio Quadragesimæ.
- In Sabbato Quarto Quadragesimæ.
- In Sabbato Paſſionis & Palmarum.
- In Sabbato Sancto.
- In Sabbato primo post Pascha.

In Sabbato Secundo & Tertio post Pascha.  
 In Sabbato Quarto post Pascha.  
 In Sabbato Quinto & Sexto post Pascha.  
 In Sabbato Secundo post Pentecostes.  
 In Sabbato Tertio & Quarto post Pentecostes.  
 In Sabbato Quinto post Pentecostes.  
 In Sabbato Sexto post Pentecostes.  
 In Sabbato Septimo post Pentecostes.  
 In Sabbato Oœtauo & Nono post Pentecostes.  
 In Sabbato Decimo & Vndecimo post Pentecostes.  
 In Sabbato Primo Augusti.  
 In Sabbato Secundo & Tertio Augusti.  
 In Sabbato Quarto & Quinto Augusti.  
 In Sabbato Primo Septembris.  
 In Sabbato secundo Septembris.  
 InSabbato [sic] Tertio & Quarto Septembris.  
 In Sabbato Quinto Septembris.  
 In Sabbato Primo & Secundo Oœtobris.  
 In Sabbato Tertio Oœtobris.  
 In Sabbato Quarto & Quinto Oœtobris.  
 In Sabbato Primo Nouembris.  
 In Sabbato Secundo Nouembris.  
 In Sabbato Tertio & Quarto Nouembris.  
 In Sabbato Quinto Nouembris.

### **Contents:**

In Sabbato Primo & Secundo Aduentus.

Ecce nomen domini: Venit de longinquo et claritas eius replet orbem terrarum.  
 Veni domine: Visitare nos in pace vt lætemur coram te corde perfecto.

In Sabbato Tertio Aduentus.

Ante me: non est formatus deus et post me non erit quia mihi curuabitur omne genu et  
 confitebitur omnis lingua.

In Sabbato infra Oœtauam Natiuitatis.

Dum medium: Silentium tenerent omnia et nox in suo cursu medium iter perageret  
 omni potens omnipotens fermo tuus domine a regalibus sedibus veniet alleluia.

In Sabbato infra Oœtauam Epiphaniæ.

Remansit puer Iesus: In Ierusalem et non cognouerunt parentes eius existimantes illum  
 esse in comitatu et requirebant eum inter cognatos et notos.

In Sabbato post Epiphaniam.

Suscepit deus: Isreal puerum suum sicut locutus est ad Abraham et fenen eius exaltare humiles usque in fæculum.

In Sabbato Septuagesimæ.

Dixit dominus: Ad Adam de ligno qd est in medio paradisi ne comedas in qua hora comederis morte morieris.

In Sabbato Sexagesimæ.

Dixit dominus: Ad Noe finis uniuersi carnis venit coram me fac tibi archam de lignis leuigatis ut saluetur uniuersum fenen in ea.

In Sabbato Quinquagesimæ & Primo Quadragesimæ.

Pater: Fidei nostre Abraham sumus obtuli holocaustum super altare pro filio.  
Tunc inuocabis: Et dominus exaudiet clamabis et dicet ecce adsum.

In Sabbato Secundo & Tertio Quadragesimæ.

Visionem quam vidistis: Nemini dixeritis donec a mortuis resurgat filius hominis.  
Dixit autem pater: Ad servos suos cito proferte stollam primam et induite illum et date annulum in manu eius et calciamenta in pedibus eius.

In Sabbato Quarto Quadragesimæ.

Nemo te condemnauit: Mulier nemo domine nec ego te condemnabo vade et iam noli amplius peccare.

In Sabbato Paſſionis & Palmarum.

Ego sum qui testimonium: Perhibeo de me ipſo et testimonium perhibet de me qui misit me pater.

Pater iuste: Mundus te non cogniuit ego autem noui te quia tu me misisti.

In Sabbato Sanēto.

Vespere autem sabbati: Que luceſcit in prima sabbati venit Maria Magdalene et altera maria videre ſepulchrum alleluia.

In Sabbato Primo poſt Pascha.

Cum effet fero die illa: Una ſabbatorum foreſ effent clauſe ubi erant diſcipuli congregati in vnum ſtetiſ Ieſus in medio et dixit eius pax vobix alleluia.

In Sabbato Secundo & Tertio post Pascha.

Ego sum pastor ouium: Ego sum uia ueritas et uita ego sum pastor bonus et cognosco  
oues meas et cognoscunt me mee alleluia.

Modicum: Et non uidebitis me dicit dominus iterum modicum et videbitis me quia  
vado ad patrem alleluia.

In Sabbato Quarto post Pascha.

Vado ad eum qui misit me: Et nemo ex vobis interrogat me quo vadis alleluia.

In Sabbato Quinto & Sexto post Pascha.

Usque modo: Non petistis quicquam in nomine meo petite et accipietis alleluia.

Cum venerit: Paraclitus quem ego mittam vobis spiritum veritatis quia patre procedit  
ille testimonium perhibebit de [me alleluia.]

In Sabbato Primo & Secundo post Pentecostes.

Loquere domine: Quia audit seruus tuus.

Puer Samuel: Ministrabat ante deum coram Heli et sermo domini erat preciosus cum eo.

In Sabbato Tertio & Quarto post Pentecostes.

Cognouerunt omnes: A Dan usque Bersabee quod fidelis Samuel propheta esset  
domini.

Preualuit Dauid: In Philisteum in funda et lapide in nomine domini.

In Sabbato Quinto post Pentecostes.

Montes Gelboe: Nec ros nec pluua ueniant super uos quia in te abiectus est clypeus  
fortium Saul quasi non esset unctus oleo quomodo ceciderunt fortes in bello Ionathas  
excelsis interfactus est Saul et Iohnathas amabiles et decori ualde in vita sua in morte  
quoque non sunt diuisi.

In Sabbato Sexto post Pentecostes.

Obsecro domine: Aufer iniuriam serui tui quia insipienter egi.

In Sabbato Septimo post Pentecostes.

Unxerunt Salomonem: Sadoc facerdos et Nathan propheta regem in Syon et ascendentes  
laeti dixerunt viuat rex in æternum.

In Sabbato Nono & Decimo post Pentecostes. [*recte* Oœtauo & Nono]

Exaudisti domine: Orationem serui tui vt ædificarem templum nomini tuo.

Dum tolleret dominus: Eliam per turbinem in cœlum Eliseus clamabat dicens pater mi  
currus Israel et auriga eius.

In Sabbato Decimo & Vndeclimo post Pentecostes.

Fecit Joas: Rectum coram domino cunctis diebus quibus docuit eum Ioiadas sacerdos.  
Obsecro domine: Memento queso quomodo ambulauerim coram te in veritate et in  
corde perfecto et quod placitum est coram te fecerim.

In Sabbato Primo Augusti.

Sapientia: Edificauit sibi domum excidit columnas septem subdidit sibi gentes  
superborum et sublimium colla propria virtute calcauit.

In Sabbato Secundo & Tertio Augusti.

Ego: In altissimis habito et thronus meus in columna nubis.

Omnis sapientia: A domino deo est et cum illo fuit semper et est ante æum.

In Sabbato Quarto & Quinto Augusti.

Sapientia: Clamat in plateis si quis diligit sapientiam ad me declinet et eam inueniet et  
cum inuenerit beatus erit si tenuerit eam.

Obserua fili: Präcepta patris tui et ne dimittas legem matris tuæ liga eam in corde tuo  
iugiter.

In Sabbato Primo Septembbris.

Cum audisset Job: Nunciorum verba sustinuit pacienter et ait si bona suscepimus de  
manu domini mala autem quare non sustineamus in omnibus his non peccauit Iob  
labijs suis neque stultum aliquid contra deum locutus est.

In Sabbato Secundo Septembbris.

In omnibus his: Non peccauit Iob labijs suis neque stultum aliquid contra deum locutus  
est.

In Sabbato Tertio & Quarto Septembbris.

Ne reminiscaris: Domine delicta mea uel parentum meorum neque uindictam sumas de  
peccatis meis.

Adonai: domine deus magne et mirabilis qui dedist salutem in manu feminine exaudi  
preces feriorum tuorum.

In Sabbato Quinto Septembbris.

Domine rex omnipotens: Inditione tua cuncta sunt posita et non est qui possit tuæ resistere  
voluntati.

In Sabbato Primo & Secundo Ōctobris.

Adaperiat: Dominus cor vestrum in lege sua et in præceptis suis faciat pacem dominus deus noster.

Refusfit sol: In clypeos aureos et risplenduerunt montes ab eis et fortitudo gentium dissipata est.

In Sabbato Tertio Ōctobris.

Lugebat autem Iudam: Israel plantu magno et dicebat quomodo cecidisti potens in prælio qui saluum faciebas populum domini.

In Sabbato Quarto & Quinto Ōctobris.

Exaudiat dominus: Orationes vestras et reconcilietur vobis nec vos deserat in tempore malo dominus deus noster.

Tua est potentia: Tuum regnum domine tu es domine super omnes gentes da pacem domine in diebus nostris.

In Sabbato Primo Nouembris.

Vidi dominum sedentem: Super solium excelsum et plena erat omnis terra maiestate eius et ea quæ sub ipso erant replebant templum.

In Sabbato Secundo Nouembris.

Aspice domine: Quia facta est desolata ciuitas plena diuitijs sedet tristitia domina gentium non est qui consoletur eam nisi tu deus noster.

In Sabbato Tertio & Quarto Nouembris.

Muro tuo: Inexpugnabili circumcinge nos domine et armis tuæ potentiae protégé nos semper deus noster.

Qui cælorum contines thronum: Et abyssos intueris domine rex regum montes ponderas terram palmos concludis exaudi nos domine in gemitibus nostris.

In Sabbato Quinto Nouembris.

Super muros tuos: Ierusalem constitui tui custodes tota die et nocte non tacebunt laudare nomen domini.

### **Choirbook:**

PRIMA PARS. 39 numbered folios, no signatures except A3. Dedication. Index.

### **Remarks:**

Choirbook secondo format. B-Br copy has handwritten indications of Verse and Response for each feast. Copy consulted: B-Br (microfilm). RISM L367.

Handwritten versicles and responses in B-Br copy:

In Sabbato Primo & Secundo Aduentus.

V. Rorate cæli desuper, & nubes pluant iustum.

R. Aperiatur terra, & germinet Saluatorem.

In Sabbato Tertio Aduentus.

V. Rorate &c.

R. Aperiatur &c.

In Sabbato infra Octauam Natiuitatis.

V. Verbum caro factum est alleluia.

R. Et habitavit in nobis alleluia.

In Sabbato infra Octauam Epiphaniæ.

V. Reges Tharsis & insulæ munera offerent.

R. Reges Arabum & Saba dona adducent.

In Sabbato post Epiphaniam.

V. Vespertina oratio ascendat ad te Domine

R. Et descendat super nos misericordia tua.

In Sabbato Septuagesimæ.

V. Vespertina &c.

R. Et descendat &c.

In Sabbato Sexagesimæ.

V. Vespertina &c.

R. Et descendat &c.

In Sabbato Quinquagesimæ & Primo Qudragesimæ.

V. Vespertina &c.

R. Et descendat &c.

V. Angelis suis Deus mandauit de te.

R. Ut custodiant te in omnibus vijs tuis.

In Sabbato Secundo & Tertio Qudragesimæ.

V. Angelis

R. Ut custodiant &c.

In Sabbato Quarto Quadragesimæ.

V. Angelis &c.

R. Ut custodiant &c.

In Sabbato Paſſionis & Palmarum

V. Eripe me Domine ab homine malo

R. A viro iniquo eripe me.

- In Sabbato Primo post Pascha.  
 V. Mane nobiscum Domine alleluia.  
 R. Quoniam ad uespera scit alleluia.
- In Sabbato Secundo & Tertio post Pascha.  
 V. Mane &c.  
 R. Quoniam &c.
- In Sabbato Quarto post Pascha.  
 V. Mane &c.  
 R. Quoniam &c.
- In Sabbato Quinto & Sexto post Pascha  
 V. Mane &c.  
 R. Quoniam &c.
- In Sabbato Primo & Secundo post Pentecostes.  
 V. Vespertina oratio ascendat ad te Domine.  
 R. Et descendat super nos misericordia tua.
- In Sabbato Tertio & Quarto post Pentecostes.  
 V. Vespertina &c.  
 R. Et desc: &c.
- In Sabbato Quinto post Pentecostes.  
 V. Vespertina &c.  
 R. Et desc: &c.
- In Sabbato Sexto post Pentecostes.  
 V. Vespertina &c.  
 R. Et desc: &c.
- In Sabbato Septimo post Pentecostes.  
 V. Vespertina &c.  
 R. Et desc: &c.
- In Sabbato Octauo & Nono post Pentecostes.  
 V. Vespertina &c.  
 R. Et desc: &c.
- In Sabbato Decimo & Undecimo post Pentecostes.  
 V. Vespertina &c.  
 R. Et desc: &c.
- In Sabbato Primo Augusti.  
 V. Vespertina &c.  
 R. Et desc: &c.
- In Sabbato Secundo & Tertio Augusti.  
 V. Vespertina &c.  
 R. Et descendat &c.
- In Sabbato Quarto & Quinto Augusti.  
 V. Vespertina &c.  
 R. Et desc &c.
- In Sabbato Primo Septembbris.  
 V. Vespertina &c.  
 R. Et desc &c.

- In Sabbato Secundo Septembbris.  
V. Vespertina &c.  
R. Et desc. &c.
- In Sabbato Tertio & Quarto Septembbris.  
V. Vespertina &c.  
R. Et desc &c.
- In Sabbato Quinto Septembbris.  
V. Vespertina &c.  
R. Et descen &c.
- In Sabbato Primo & Secundo Octobris.  
V. Vespertina &c.  
R. Et desc &c.
- In Sabbato Tertio Octobris.  
V. Vespertina &c.  
R. Et desc &c.
- In Sabbato Quarto & Quinto Octobris.  
V. Vespertina &c.  
R. Et desc &c.
- In Sabbato Primo Nouembris.  
V. Vespertina &c.  
R. Et desc &c.
- In Sabbato Secundo Nouembris.  
V. Vespertina &c.  
R. Et desc &c.
- In Sabbato Tertio & Quarto Nouembris.  
V. Vespertina &c.  
R. Et desc &c.
- In Sabbato Quinto Nouembris.  
V. Vespertina &c.  
R. Et desc &c.

